



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Insignis D. Chrysostomi Sententia, Qva Docet Non Tantum Religiosos, sed
quemlibet ad perfectionem obligatum esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

INSIGNIS D. CHR. Y.
SOSTOMI SENTENTIA,
QVA DOCET NON TAN-
tum Religiosos, sed quemlibet
ad perfectionem obli-
gatum esse.

Lib. 3. contra Monasticæ vitæ abu-
peratores.

FALLIS teipsum prorsus ac decipis,
si putas aliud à secularibus Viris, aliud
à Monachis requiri. Hæc enim sola est ferè
in utroque vitæ genere differentia, quòd illi
quidem Matrimonij vinculis se constringunt:
hi verò his liberi perdurant: in reliquis ve-
rò communis atque eadem ab utriusque vitæ
ratio requiritur, vnaque utriusque pœna pro
iisdem culpis debetur. Et post multa in
hanc sententiam dicta ita concludit.
Itaque quod ad eandem vitæ diligentiam,
supremumque perfectionis fastigium, per
divinas leges æque secularis ac Monachis
cogantur, quodque ambo si ceciderint, equa-
lia sint accepturi vulnera, neminem iam,
quamlibet impudens sit & contentiosus, ne-
gaturum existimo.